

1775.

- 1^a Eichmannus, Iam. Bern. Christph: De effectibus mutationis in rebus factivis obseruatis. Simpl.
2. Riedmatt, Dr. Augustus: De effectu fori concursus creditorum universalis ratione bonorum territorii aliorum.
3. Schmidt, Jacob. Ermann: De successione in fundum filius post subsequens matrimonium legitimatio haud deneganda.
4. Walchius, Cr. Rod: Disquisitio II; de genere et forte distinctionis inter factum animatum et inanimatum in nemesi Carolina art. 131; ad publicationi in mag. Dr. Ludov. Inst. Greineisen praemissa.
5. Walchius, Carolus Tristianus: De communione bonorum inter conjuges matrimoniis.

1776.

1. Schellwitz, Iuris Christici, Tad, de: De exactione
pecuniae pro viis publicis post bursae solven-
dae... 28 auct. 1776 et 1777

2. Walckius, Cr. Fr. : Repace Domestica. Programma,
qua J. Henrici Montii... disputationem solam
--- indicat.

3. Walckius, Carolus Fridericus: De privilegiis pecuniae
hereditariae creditorum in concursu

4. Walckius, Carolus Fridericus: De portione statutariorum
in legatum computanda

1777.

1. Humpel, Dr. Augst, Fac. iur. decanus: De restitu-
tione, in integrum personis Ministeribus con-
sistenti simulque solennitate invag. Justi Valentini
Iohannis Philipp... --- indicat.

1777

2. Schmidius, Dr. Andromus: De restitutione in integrum,
num sit beneficium reale, non personale?

3. Walchius, Carolus Fridericus: De laudibus & liberioris
perceptibus suis successoris salventr.

4. Walchius, Carolus Fridericus: De labore supplicis
ante suscepcionem Intelans debito

5. Walchius, Carolus Fridericus: De testamento p[re]ma.
epi oblato.

1776

zusammen mit anderen Freunden L. und M.
französisch sprachen. Sie waren sehr zu-
neid und freudig. Nachdem sie sich
eine Weile unterhalten, zogen sie wieder
zur Wohnung. Es folgten nunmehr eine weitere
und längere Unterhaltung. Nachdem sie wieder
zur Wohnung zurückgekehrt waren, wurde
es wieder sehr still und es war nur das
geräusche des Feuers zu hören. Es war
aber keine Unterhaltung mehr vorhanden.

9. November 1876. Eine sehr
langsame und mühsame Fahrt nach
der Legierungskommission.

1777

1. November. Ein sehr trauriger Tag für Deutschland. Die
Inflation, die jetzt von gewissen Märkten aus
fortschreitet, hat nun auch die Banken und
die gesamte Wirtschaft getroffen. Es ist ein
sehr trauriger Tag für Deutschland.

DISSERTATIO IVRIDICA I.
DE
EFFECTIBVS MVTATIONVM
IN REBVS FVRTIVIS OBVIARVM.
QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
DOMINO
CAROLO AVGVSTO
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE ET WESTPHALIAE, RELIQUA
CONSENTIENTE ILLVSTRI IVRISCONSVLTORVM ORDINE
PRAESEDE
IOAN. BERN. CHRISTOPH. EICHMANNO
IVRIVM DOCTORE AC CVRIAEC PROVINCIALIS SAXO-
NICAEC COMMVNIS ADVOCATO
DIE XXII. MENSIS IULII. A. R. S. CICLOCLXXV.
DEFENDET AVCTOR
FRID. CHRIST. GRETHERVS,
SPIRENSIS, LL. CVETOR.

IENAE
EX OFFICINA FICKELSCHERRIANA.

DISSERTATIO EPISTOLICAE

DE

EFFECTUS MATATIONUM

IN RIBA RIBATIS OBREVIA

MAIOR

RECTORI AGRICULTURÆ MAGNIFICENTISSIMO

DOMINO

CAROLO AVASTO

DOGE SAXONIAE TERRÆ CIVITATIS MONITUM

Non minus est virtus, quam quaerere, parta tueri.

CONVENTU ET CIVITATIS VINCULUM CONFINI

PRAESIDER

JOAN. BEN. CHRISTIAN. EICHMANNO

YULIANUS/DOCTORIS DE CATHOLICO PRAESENTIALEIS GAVIO

NISSAE COMMUNICAB. ADAGIIS

die XXII MENSES JUNI. M. D. CLXXXVII

DETINENDS AVATOR

TRID. CHRIST. GRATHENRÆ

ETRINENS, II. CL. CLAVORN

INVEN

EX OLLIONE EICHERI SCHERRIANA

PEVIRIS

EXCELLENTISSIMIS SAPIENTISSIMIS CON-

SVLTISSIMIS AMPLISSLIMIS ATQVE
SPECTATISSIMIS

DEOMINIS

CON S V L I B V S

GRA V I S S I M I S

IN CREAMENTUM

INCLYTAE ET PERANTIQVAE S. R. I. LI-

BERAEE REIPVBЛИCAE QVAE ADHVCDVM
PER DEI GRATIAM SPIRAE NEMETVM

FLORET

CAETERISQUE DOMINIS

SYNDICIS ATQVE ADSESSORIBVS

INTERIORIS ATQVE EXTERIORIS SENATVS

SPLENDIDISSIMIS

PATRONIS
AC FAVORIBVS
OMNI OBSERVANTIAE ET OBSEQVII CVLTV
AETERNVM PROSEQVENDIS
IN GRATISSIMI ANIMI DOCUMENTVM
PRO TOT TANTISQUE BENEFICIIS
HANC DISSERTATIONEM
PIA MENTE DAT DICAT ATQVE CONSECRAT
SIMVLQUE STVDIA SVA
IN MAIVS MELIVSQVE PROVEHENDVM COMMENDAT
TANTORVM MAECENATVM
RESPONDENS.



Ratio instituti.

A pud Athenienses non solum moris fuit, ut furum conciperetur, *a)* sed et penes alias gentes quilibet dominus res furto ablatas quaesitum aedes suspecti ingredi atque potuit vindicare intuens. Cuius moris ab Atheniensibus ad Romanos translati, passim in lege XII. tabularum occurreria vestigia, iam tunc remporis Romanos more Atheniensium res furtivas furi auferre potuisse, atque rerum furtuarum satis probant, auctoritatem fuisse aeter-

a) sunt, qui aliud sub furto concipere intelligent, quo pertinent,
THEOD. MARCILIVS in legis XII.
tabularum collectis et interpreta-
mento, in EVER. OTTONIS thesauro

tom. IV. pag. 222. FRANCISCVS
BALDWINVS de leg. XII. tabularum,
in TRACTATV MTRATATVVM, vti
vocabatur, tom. I. ac etiam in collec-
tione sub titulo, IURIS PRUDENTIA

A

ROMANA

aeternam b) Verum enim vero, quum depravatorum ac hominum perniciosorum caliditate eo esset peruentum, ut aequa mutatione rerum aliis ereptarum ac illarum alienatione hancce dominis facultatem non tam adimerent, quam eius effectum redderent plane irritum ac inanem, leges et ceterus iustis rerum possessoribus prosppererunt, adeo vi multa singularia, etiam praece*t* iuris communis rationem in odium furum introduxerint c). Et quamvis plures sint, iisque praefestantes auctores, qui de rebus furtiuis disputarunt d), nullum tamen inuenies, qui curatius eruit, cuiusnam effectus sit mutatio in re furtiu*s* obvia. Qua propter apud me constitui, hac de re differrere. Ego vero non audeo iactanter ac gloriose pronunciare, me non nisi noua, nec quidquam quod ab nullo ante me dictum, prolaturum esse, tamen spero, imo penitus confido, fore, ut labori meo a peritis et intelligentibus rerum aestimatoribus aliquod statuatur pretium. Quod si id mihi feliciter contingit, complebor maximo gaudio et exoptatissima gratulatione. In perra*ct*landa autem hacc materia hoc ordine vii, haud abs re esse mihi v*isum* est, ut, quam nemo sit, qui nesciat, ab iis, qui res alii

ROMANA ET ATTICA tom. I. p. 50.
M. TAT. ALPINVS in epistola ad **WOLHGANGVM HNGERVM** in qua furtum per larcenam et licium conceptum, quid sit, aliter quam hactenus explicatur, in **GER. MEERMANNI** novo the*f*. iuris ciu. et can. tom. VII. p. 80*r.*

b) Verba legis XII, tabularum haec sunt: *furtiuae rei aeterni auctoritas esto.* Ex paraphra*s* **IA. COB. GOTHOFREDI:** *furtiua rem usucapere ius ne esto.*

c) **BERN. NICOL. STOCKHAVSEN** in dissertatione de odio singulari erga fures. cap. I. §. 7.

d) Huc pertinet **IO. ANDR. FROMMANN** de rei furtiuae inqui-

sitione et deprehensione Tbingae 1667.

IO. HENR. POTT. de rebus furtiuis, lenae 1688.

JACOB. FRID. LVDOVICI de rei furtiuae, Iena 1712.

IO. CHRISTIAN. SCHROETER de conditione rei furtiuae, lenae 1715.

CASP. ACH. BECK de eo quid iustum est circa restit. rerum furtiuarum, lenae 1726.

CONRAD. GVL. STRECKER diff. de Condict. furtiua Erford. 1729.

IO. van der ESCH. de rei furtiuae et vi possesae prohibita usu capione, Lugg. Bat. 1732.

ANAMOR

aliis in iuris auferunt, eas saepe mutari, saepius transferri, duabus disputationibus, quarum altera furem rei supponat possessorem, altera iura atque obligationes siflat intuitu tertii rei furtivae sed mutantiae possessoris, locum inuenientes.

§. II.

Ratio tractationis disputat. I.

Id quod iuris civilis est, non semper esse iuris naturae, unusquisque facile mihi concedet e). En rationem, cur hanc differentiationem in duas partes, quarum prior contineat praecepta iuris naturae intuitu illius materiae, posterior ea, quae in iure fundata sunt naturae, discernere mihi placuerit. Etenim iam **EVRIPIDES** auditor Anaxagorae atque Socratis, coniungendam esse iuris naturalis cum iuris civilis cognitione statuit, quod quisque ex fida et non minus eleganti **GROTIUS** versione perspicier g).

*Nam turpe id esset, cum scias hominem ac Deum
Quod est eritque, iusta te haud cognoscere.*

A 2 PARS I.

e) vid. **VLR. HVBERV**s de iure ciuitatis lib. I. c. VI. §. 1. vid. etiam perill. **TO. AVG. HELLFELDE** opuscula et dissertationes iuris ciui. opus. I. §. 3.

f) In Helena tragoeida v. 929.

g) in libro de iure belli ac pacis in prolegomenis §. 2. Mirandum est, ut alii iam animaduertentur, ipsum

HVGONEM GROTIUM, quamuis elegans sit verio loci Euripidis, illi tamen falsum adfixisse sensum ideoque malum eis interpretem, quem dicat, Euripidis mentem fuisse hanc scientiam rerum diuinarum atque humanarum cognitioni esse praeponendam.


P A R S I.
D E
E F F E C T V , Q V E M E I V S M O D I M V T A -
T I O P R O D V C I T E X I V R E N A T V R A E .

§. III.

Quando quis iure naturae sur dici possit.

Quum ex iure romano aequae ac ex Constitutione Carolina criminali furrum delictis sit adnumerandum ^{h)}, non temere quaecunque erexit rei alienae ex iure naturae pro furto est habenda; sed factum illicitum, quo res alienae, domino inuito, lucri faciendi causa, sine vi persona illata auferuntur, furtum constituit. Magnus est numerus sibi saepe nubes obducentium iuris naturalis Doctorum, qui non satis cognitos atque perspectos habent terminos ex iure ciuili desumtos, ac de iis non curatas sibi formant notiones. Quid mirum, si illi pro veritatibus iuris naturalis cogentis habeant, quae ex eo nullo defendi possunt modo. Loco probationis huic rei ablego lectorem ad ea, quae multi Doctores iuris naturalis proferunt de prescriptione, testamentis exercet. Ex dictis autem patet, cum non dici posse furem, qui iuris, quo gaudet, alteri aliquid auferezendi, vsum exercet. Eiusmodi ius in res alterius alicui competere potest, ⁱ⁾ si ab altero laesio est illata, ac ea non aliter reparari possit; haber enim laesus in laedentem ius indefinitum, laesioni reparacionem exigendis. Sic ille, qui iustum bellum gerit ac vi hosti tantum eripit, quantum ius ei permittit, fur nullo appellari potest modo, aequae minus ac ille hoc nomen mereatur, qui alteri sibi consulere nequit, quam vt ei, qui per pactum aliquid promisit, fidem vero fallit, tantum, quantum sufficit, vt ob debitum non solutum ipi

^{h)} vid. Perillust. IO. CHRIS. STOPH. KOCHII instit. iuris iur. nat. lib. I. Sect. III. §. 266, crim. L. II. c. I. §. 172,

ipſi ſatiſhat, cripiat. Hinc ex ipſo iure naturae defendit ille curioſus omnium doctrinarum explorator, IRENAEVS^k), quod Hebraei in compensationem operaे res Aegyptiorum cepiſſent. Id quod etiam de TERTVLLIANO, illo ſacro doctore ſub SEVERO atque CARACALLA eſſlorefcente, eſt praedicandum ^l); reponſant Argypii, inquit, vaſa aurea et argentea. Contra Hebraei mutuas petitiones iſſiſtunt, alleganteſ ſibi mercedeſ reſtitui oportere illius operariae ſeruitutis. Ad Hebraeoſ Aegypto egressioſ pertinet etiam locus PHILONIS, Iudeai Alexandrini, a graecis aemulus PLATONIS diſti. II) Si laeſionem quidem alteri nondum intulerit, prepoſitum vero laedendi facto prodiderit. Eiusmodi enim laeſionem imminentem, quaе probabilitateſ eſt metuenda, ob iuſſecuritatia auertere, ac in anteceſſum manus rei alienae iniicere licet. Id tamen earēnus tantum obtineſ, quatenus tanquam medium auertendae imminentie laeſionis conſiderari potest ^m).

§. III.

Continuatio.

Quamuis itaque furtum, quo res aliena inuitio domino au fertur, per perpetratum ob ius ex laeſione ortum, partim hac ex ratione, partim ex hinc ceſſante cauſa lucri, furtum non audiat, ille tamen qui cupiditate lucri incenſus ſine iure res domino inuitio ſubducit, nomen furis meretur. Quumque lex ipſa ſua natura ſancta ſi atque diuina, quaе alienis abſtineri iuber, dominisque adquifta excludiſ alii conſeruandi ius tribuit ⁿ), recte Paulus Iuriſconſul tus ſtatuit ^a), furtum ex lege naturali prohibiſtum eſſe admittere.

A 3

Atque

^k) Lib. IV. C. 49.

^l) cap. XX.

^m) Legibus ciuilibus veſtitum eſſe conſtit, fine iudicis auxilio ius ſuum exequi, quod etiam ex ipla iuſtitione iudiciorum ſequitur, ac in iure ciuili vniuersali fundatum eſt. HYGO GROTIUS de iure belli ac pacis lib. XVI. c. VII. §. II. n. 2.

ⁿ) vid. SAMUEL. PVFENDORFIUS ius nat. et gentium c. XIII. §. 1. et HYGO GROTIUS de iure belli et pacis L. I. C. 1. §. 10.

^o) L. I. D. de furtis.

Atque id quod Vlpianus agnoscit his verbis p): probrum et opprobrium, id est probra quaedam natura turpia sunt, quaedam ciuiliter et quasi more ciuitatis, ruputa furtum, adulterium natura turpe est; Cicerio q) his confirmat: *in vita sibi petere, quod pertinet ad usum non iniquum est; alteri eripere ius non est.* Hinc et omne malum factum, praeceps clam perpetratum ita vocatur; ad minimum in hoc sensu sumitur apud Virgilium r).

Quae quis apud superos farto laetatus inani,
Distulit in seram commissa piacula mortem.

Nec contrarium inde probari potest, quod apud multas gentes populosue farta turpia iudicata non sint, quemadmodum de Aegyptis ac Spartanis id testatur GELLIVS r), de maioribus nostris certo respeclu IVLIVS CAESAR t), et de Colchis, qui vocantur Mingulli AVG. VSBEQVIUS u). Etenim lex naturalis non aestimatur ex vnius arque alterius gentis reprobatis moribus, sed potius eam metimur ex ratione naturali, quam Barbarorum populorum mores immutare non possunt v).

§. V.

De iure domini in furem ex iure naturae, re adhuc in natura apud furem existente.

Quum humano generi perniciossimum esset, ac ipsam confertationem illius mirum quantum impedit, nisi homines, de propria salute solliciti, facultatem haberent, conseruandi res adquisitas, (§. praeceed.) laesio infertur, cui aliquid sine iure auferitur, ideoque non minus et ille laeditur, cuius ius alter farto infringit.

Verum

p) L. 42. D. de verborum signif.

q) de officiis lib. III. c. 10.

r) Aeneidos lib. VI. y. 568.

s) in noct. att. lib. XI. Cap. 18.

t) de bello gallico lib. IV. vbi
ait: latrocinia apud germanos na-

tura habent infamiam quae extra fines cuiusque ciuitatis fiunt.

u) in epistola de rebus turcicis III. pag. 243.

v) XENOPHON de dictis et factis Socratis contra Periarum incestos concubit. lib. IV.

Verum enim vero quia laetus a laudente exigere potest, ut damnum illatum resarciat, hocce ius nec denegari potest laeso in furem. Iuri perfecto responder obligatio perfecta, quatenus moraliter agendo datum est datum; quidni igitur fur perfecte sit obligatus ad damnum reparandum? Quae reparatio, si res furtiva in pristino penes furem existit statu, illius fieri debet restitutio ac praestatione eius quod interest, quia dominium per ablationem non est amissum, laedens vero damnum meliore ratione praestare non potest. Quamvis autem haecce obligatio furi incumbat, fieri tamen potest, ut eam non adimplat, quo casu ius belli domino competit, quod omni laeso concedendum est in laudentem, quatenus sine vi reparatio laesione non obtineri potest. In statu vero ciuili per imperantem seu iudices, qui ab eo constituti sunt, ius meum persequi debeo; ac in eo differt ius mere naturae a iure ciuili vniuersali.

De Iure dominii in furem mutata re furtiva.

Sicut res ex quo semel exiterunt, speciem et habitum accepterunt, non aliam sumunt causam, ac ut sint aliunde non penitus w), ita, ut res quae semel mea est, maneat talis, alieno beneficio non indiget; illa potius affectio necessario ita rei adhaeret, ut fur factio suo inusto, quo nimur rem furtivam mutat, ius mihi admire non valeat. Quoniam autem vi libertatis naturalis dominus rebus suis majori vel minori pretio, pro vi libet, aestimare potest x), iam rem furtivam mutatam in maiori vel minori pre-

w) vid. GRONOVIS in notis ad HVG. GROTIUM de iure belli ac pacis lib. I. c. I. §. 10. n. 5. not. 99.

x) vid. GOTTF. ACHENWALLI ius naturae lib. I. sect. 2. tit. 8. §. 203. Sic reperuntur gentes, quae valorem aurofae arenae tribuunt sibi vid. MONTESQUIEU Esprit des Loix lib. XXII. art. I. ubi haec se-

peries verba: *Les peuples qui ont peu de Marchandises pour le commerce, comme les Sauvages et les peuples polaires qui n'en ont que de deux ou trois especes, negocient par echange. Ainsi les caravanes des Maures qui vont à Tombouctou dans le fond de l'Afrique troquer du sel contre de l'or, n'ont pas besoin*

8
tio habendi, illi ius est. Quapropter, quum iuri perfecto congruat obligatio perfecta, obstrictus est, se permittere iudicio domini in determinando pretio rei ablatae, sed mutatae. Si igitur dominus rem tanto aestimat pretio, quanto ante mutationem factam fuit, sive qui ad reparationem damni obligatus est, (§. anteced.) restituzione rei furtivae et mutatae ratione ipsius rei liberatur ab obligatione; ac ne quidem hancce restitutionem allegato obtentu, quod res sumtibus suis creuerit et iam maioris pretii sit, recusare potest, quum nullo facto iniusto dominium rei iniusto domino adimere possit, ac ex iudicio laesi, non laudentis nec tertii, verum rei pretium determinetur. Immo quod maximum est, laetus adhuc id quod interest exigere potest. Fieri vero si potest, vt res in pristinum reducatur statum, sive restituicione rei in pristinum statum reductae ac praestatione eius quod inter est liberatur, nam ius quod ex iure indemnitatii domino competit, reparationem damni exigendi, cessante caussa, cessare debet. Inde mihi etiam sequi videtur, ius domini usque eo extendi non posse, vt impedit furem, quo minus in pristinum rem reducat statum.

§. VII.

Continuatio.

A me dicta restringenda esse ad eiusmodi mutationes, quibus a fure ex re furtiva noua species non efformata nec confusio seu commixtio facta est, iis videntur, qui hac de re tantum somniant. Ac ipse HUGO GROTIUS probatus ille scriptor iuris naturalis, male hac de re iudicavit(y); ut vel minimum ex iis quae hac de re profert, satis constat; At si, inquit, naturalem veritatem respiciimus, sicut confusa materiis, communionem induci pro rata eius quod quisque habeat, romanis quoque Iurisconsultis placuit quia alium existum

soin de monnoie. Le Maure met son sel dans un monteau, le Negre sa poudre dans un autre; s'il n'y a pas assez d'or, le Maure retranche de son sel, ou le Negre ajoute de son'or, jusqu'à ce que les Parties conviennent. SAM. PFEENDORFIVS de iure naturae et gentium lib. V. c. I. §. 8. y) in lib. II. Cap. VIII. §. XIX. n. 2.

2

tum reperire non poterat; ita cum res constent materia et specie tanquam suis partibus, si alterius sit materia, alterius sit species, sequitur naturaliter rem communem fieri pro rata eius quanti unum quodque est. Species enim pars est substantiae, non substantia tota. Quibus ex verbis vix HYGONEM GROTIUM agnoscimus, qualem declarauisset, si Sabini sententiam secutus esset ac simul rationem illius, quam Sabinus ignorabat, addidisset. Acu-
tem rem Gerschomus Carmichael tetigisse videtur ²⁾, qui is, in-
quit, qui dolo malo rem meam specificauit suae rei immisit, nihil
sibi iuris ex facto in re mea acquirit; nec suae rei vel operae aestima-
tionem a me reposcere, ad summum ultra id quod ego me factum puto
locupletio em, id est, quanti pluris rem mixtam vel modificatam aesti-
mo, quam propriam rem meam prius aestimauit. Etenim principiis
iuris naturae repugnat, statuere Deum, ope rationis hominibus ape-
ruisse, specificatione et commixtione domino inuitu ius suum per-
fectum furripi posse. Si igitur dominus exigit vasa aurea atque
argentea, ex auro atque argento suo confecta, aequae minus iniustus
est appellandus, ac si destruit aedificium furis, ut ligna furto abla-
ta vindicet, cum id facere ius naturae cogens ipsi permittat. Lae-
sus autem, qui aequitatis, firmissimi praesidii in statu naturali ratio-
nem habet, talem capessere potest viam, ut accipiat rem aequipol-
lentem vel aequivalentem, simulque praestationem eius quod in-
terest vrgeat.

§. VIII.

Continuatio.

Iam quaestio moueri potest, quid tunc ex iure obtineat natu-
rae, si dominus eundem valorem, quem antea res habuit, ei non
tribuit? furem restituzione rei mutatae in specie ab obligatione non
liberari videtur, quia reparatio damni ob minorem valorem, quem
iam ex iudicio domini, cui standum est, res habet in se non est
proportionata.

²⁾ in observationibus ad SAM. hominis et ciuis lib. I. c. 12. §. 7.
PZFENDORFIVM. de officio obs. I.

proportionata. Quam ob rem ante omnia videndum esse puto, an restitutio rei in genere, id est praestatione rei eiusdem speciei, damnum furto illatum reparari possit, nec ne? Quod si prius fieri potest, ab arbitrio laesii optimo iure oblatam satisfactionem dengantibus pendet, vrurum rem ipsam in specie ac id quod interest, aut restitutio rei in genere exigere velit. Ac tunc denum a fure laesus, satisfactione, id est praestatione aequipollentis, vel aequivalentiis a) contentus esse deber, quo restitutio in specie ac in genere impetrari nequit. Quantum autem satisfactionis a iudicio laesi non furis pender; sed si laesus nimis est severus, inique agit, ac furem desperantem efficere potest; et tunc fortuna adhuc est anceps. Praeterea autem vnuquisque mecum consentiet, dominum cui res sua furto est ablata, simul respectu damni extra rem ablatam, inuitu ablationis vero perpessi sibi prospicere posse.

§. VIII.

Discrimen quod inter ius civile vniuersale et mere naturale intercedit.

Forsttan quis querat, num ea, quae sphais praecedentibus tradita sunt, locum habeant quoque in statu ciuili? Nullus dubito, quae ex iure mere naturali a me adducta sunt, conspirare cum iure ciuili vniuersali, licet tanta vis libertati naturali, res, prout libet, aestimandi seu valorem earum determinandi, hand sit tribuenda, ita ut potius, quammodi, quam praeter securitatem homines, in ciuitate vniuti, simul intendunt, id impedimento effet, ea eattenuis sit restricta, ut hominibus rei proprietatem intelligentibus id

a) aequipollens atque aequivalentis ita differunt, vt prius a Doctribus iuriis naturae dicatur res eiusdem generis sed non eiusdem speciei; quod si aestimari debeat, et conferri pretio, idem pretium generis innuit, et melius et latius

dicitur, respectu generis res eiusdem pretii; nam haec vox tantum apud Logicos in usu est, quia ea propositionum valorem aequabilem indicant; posterius res nec eiusdem speciei nec eiusdem generis nuncupetur.

relinquendum sit b). Excipias tamen velim casum, quo dominus valorem rei furtuae ex voluptate, quam ob peculiarem causam ex illa percepit, aut peculiaris favoris affectum constitutre velit c). Quantum vero in hac materia discrepet ius romanum in Germania receptum a iure mere naturali ac iure ciuili yniversali, satis superque patebit ex iam dictis et quae parte II. endabo.

§. X.

De mutatione scientie domino a fure facta.

Quamvis itaque mutatione rei furtuae a fure facta domino ius suum non auferitur, ea tamen exoriri potest quaestio, an non si sciuerit dominus, furem mutare rem ablatam ac non contradixerit, illi hoc obesse possit? Ad quam resoluendam quaestioneum imprimis in id inquirendum est, an de scientia supra memorata domini nullam habuerit fur cognitionem, aut an ea fuerit imbutus. Priori in casu fur voluntatem ius quoddam intuitu rei adquirendi habere non poruit, quia nemini ignorare licet, alteri inuito de iure suo nihil derrahi; ideoque negatiuam non erubefco amplecti sententiam. Posteriori vero in casu fur tantum consequitur iuris, quantum ad eiusmodi dispositionem requiritur. Hoc ex parte domini co nimir, quod, qui vult effectum, velle etiam debeat cauillam, ex parte furis vero illius principii cognitione est superstructum, qua effectur, furem voluntatem adquirendi, in qua est, habere posse. Verum enim vero cum in effectu non plus esse debeat quam in causa, vi huius scientiae fur solitarium, ut vocatur, quidem fibi arrogare non potest dominium, particeps tamen sit condonatus.

B. 2

minii.

b) de pretio conferri possunt
AND. DINNERYS de iusto rerum
CHRIST. THOMASII dissertatio de
pretio Stutg. 1661. HENRICI COC-
CEII dissertatio de vero rerum pre-
tio, Francf. 1701. PHIL.
STRITII dissertatio de interesse
affectionis Erfur. 1709.

c) conf. tamen HENRICI COC-
CEII dissertatio de pretio affectionis

minii. Nihil vero obstat, quo minus laetus adhuc id, quod inter-
est repetere, ac quando ei placet, ab hoc condonatio recedere
possit. Evidem ingenu profector, satis ambiguam ac intricatam
hanc esse materiam. Quam ob rem contra propostam sententiam
ratione inunitam, - dubia, quibus robur atque vis quaedam ineft-
moueri, mihi mirum non videbitur. Et enim obici potest, quod
fur sit in mala fide, quum eum non lateat, quod iniuste agat, ac
aliud sit non contradicere, vt caream ad tempus possessione rei
meae, aliud, velle et sufficenter declarare, vt simul caream dominio.
Denique addi atque adiici potest, dominium ad contradicendum non esse
obligatum. Quod ad primum, quod obici potest, attinet dubium,
id facili refelli potest negotio; et si quidem verum est, furem ob-
scientiam, qua sibi non competere rei dominium conuincitur,
esse in mala fide; malae tamen etiam fidei possessor rem, quam ita
possidet, voluntate domini adquirere potest. Eandemque ob cauf-
sam, quia dominus, qui permittit effectum, sufficenter declarat,
se velle etiam caufam, obiectio inde defumta nullius est momenti.
Tertiu argumenti eadem est ratio. Et enim si veritati est consentia-
num, eum qui permittit effectum, sufficenter declarare, se velle
quoque caufam, dominus omnino hoc in casu contradicere debet.

P A R S II.
DE
EFFECTV QVEM EIVSMODI MVTAT-
TIO EX IVRE CIVILI PRODVCT.

§. XI.

*Id ad quod generatim respiciendum est, in definiendis
intuitu rerum furtuarum mutationum effectibus
ex iure civili prouenientibus.*

Expositis effectibus quos mutationes in rebus furiuis ab ipso
fure suscepiae ex iure naturae habent, iam progredior ad ius civile
positi-

posituum; quum certum sit, imperantes ciuiles ob salutem publicam saepe alios, saepius plures factis attribuere effectus. Quo hoc discrimen adpareat, indagandum est, vtrum mutatio inuoluat interitum ciuilem, an non, quoniam eo, vt pluribus exponam posse, dominium amittitur. Nam et si dominium, quia iuris est, regulariter non amittitur domino ignorantie aut eo inuitu aut sine facto eius per injuriam alterius ex regulis iuris d): non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri e); id quod nostrum est sine factu nostro ad aliud transferri non potest f); haec regulae tamen quae ex legibus sunt de promissione, ipsis legibus, interitu ciuili domino etiam inuitu dominium adimiri possunt disponentibus, derogare non possunt, sed potius sensus earum ex aliis legibus, quae hac de re specialius loquuntur, est erundens g).

§. XII.

De eo quid sit interitus civilis, ac de effectu illius.

Interitus rei ciuilis consistit in actu, quo efficitur, quod res ciuiliter non existat h). Ciuiliter autem non existere seu non existare dicuntur i) ea quae, quia deserunt id esse, quod fuerunt,

B 3

pro

d) FRANC. RAMOS del Manzano ad tit. de adquirenda vel amittenda possessione recitationes part. II. C. I. §. 6. in GER. MEERMANNI thes. Tom. VII. pag. 95. FRANC. de Amaya lib. II. obs. C. 4.

e) L. 74. D. de reg. iuris

f) L. 11. D. de regulis iuris

g) conf. CHRIST. STVRCII comment. de reg. iuris cura HENRICI BAHNI editus p. 4.

h) Saepè enim existere idem est ac esse, existere; et non existere idem est ac non esse non existere L. I. §. 14. D. depositi. L. 18. D. de

inoff. testam. L. 23. D. de usuris L. 21. §. 5. D. de noxal. action. L. 13. D. quod metus causa, L. 4. D. de rebus autorit. iud. possiden- dis L. 6. §. 5. D. de acquir. vel amitt. hereditate. Promiscue igitur usurpamus non existere et non existare vid. BARN. BRISONIVS de verb. significacione lib. V. p. 445. et 448.

i) Non existere alias etiam dicitur, id quod nec in praeterito fuit, nec in praefenti est, nec futurum, possibile tamen est, vt effe potuerit vel futurum suffit; sic tabulae non existere dicuntur, Tit. D. fi

pro extinctis habentur, licet non plane interieriat *k*). Ex quo autem sequitur, eiusmodi interitu amitti dominium, ac, quum celsante causa cessare debeat effectus, rem quae civiliter interit vindicari non posse. Etenim quod non existit seu extinctum est, non potest esse aliquius. Vindicare autem nemo potest id, quod suum non esse videtur *l*).

§. XIII.

De deterioratione interitum ciuilem efficiente.

Eiusmodi interitus rei civilis multiplici ratione per mutationem obtingere potest. Ita *i*) deterioratio, qua propriam res amittit formam, talem inuoluit; nam mutata forma prope interimit substantiam *m*). Quamuis igitur non omnis deterioratio, scindendo, frangendo, rumpeando, arque lacerando a fure ratione rei futucae facta, vt interitus civilis considerari ac efficiere possit, rem

D. si tabulae testam. nullae extabunt; *II*) quod nec in praeterito fuit, nec in praesenti existit, sed tamen futurum est. Sic fructus futuri non existente conditione non existere dicuntur *L*. 88. pr. *D*. ad *L*. Falciid; *III*) quod plane interiit. Sic aedes incendio consumtae non existunt amplius. Praet. conf. *SAM*. *STRYKIVS* volum. *V*. diff. iuridicarum *diff. II. c. I. n. 14.* et seq.

k) *L*. 13. *D*. de verb. signif. *L*. 18. *§. 3.* *D*. de pignoratitia actione, *§. 26.* Infit. de rerum diuis. *L*. 5. *§. 3.* *D*. de rei vindicatione, *L*. 2. *§. 3.* *D*. ad exhibendum. Illeutris *ERN*. *CHRIST*. *WESTPHAL* in interpretationibus iuris ciuilis de liberti ac seruit. praediorum Sect. *III*. *C. XXX*. *§. 919.*

l) *L*. 27. *§. 2.* *D*. de auro et argento legato, *L*. 3. *§. 14.* *D*. ad exhib. *L*. 5. pr. Cod. de secund. inuptis *L*. 4. Cod. de crim. expiate heredit. et conf. *PAVL*. *BVSIVS* lib. *I*. c. *7*. subtilium iuris et *SAM*. *STRYKIVS* volum. *V*. *diff. iurid. disput. II. c. II. n. 10.*

m) *L*. 9. *§. 3.* *D*. ad exhib. vbi ita legimus: fed si quis rem deterioriem exhibuerit, aequo ad exhibendum eum teneri Sabinus ait, sed hoc ibi utique verum est, si do-lo malo in aliud corpus res sit translatata, veluti si ex scypho mappa facta sit, quamquam enim mappa exhibeat ad exhibendum tenebitur, nam mutata forma prope interimit substantiam.

pro non amplius exstante habendam n), ac inde domino ius rem viadicandi hanc concedendum esse; eiusmodi tamen deterioratio, qua tollitur forma, illius est effectus. Id quod ad casum applicari potest, quo ex scypho surrepto fur massam fecit, aut chirographum ablatum lacravit. Nihil vero obstat, quo minus contra furem actione ad exhibendum agi possit, ad rem in pristino statu exhibendum, ut causa amissionis dominii sublata, res ipsa cum omni eo quod interest, restitu possit), aut si id fieri nequit, ut quia dolo desit poscidere, omne id quod sibi per furtum commissum abest, quodque furem in item determinari potest, praefter. Immo etiam in hoc posteriori casu ei competit condicō furtiva, non quidem ipsius rei ita deterioratae, ut pristinam formam non amplius habeat p), quia ipsius rei praefatio exigi non potest, ubi res non amplius adest, sed pro exstincta habetur q); ast condicō aestimationis. Vlpianus enim ait r): *In re furtiva condicō ipsorum corporum compotit, sed utrumq[ue] diu quam diu exsistit; an vero et si desierint esse in rebus humanis? Et si quidem obtulit fur, fine dubio nulla erit condicō, si non obtulit, durat condicō aestimationis.* Ac iure romano res aestimatur, quanti plurimi fuit, a tempore furti commissi usque ad sententiam iudicis s); licet aestimatio sit momentanea et contingat tempore aliquo.

n) Errat igitur IOH. ALTHVSIVS in diceaeologica lib. II. c. 8. n. 6. seq.
o) concurret igitur hoc loco cum actione ad exhibendum cumulative condicō furtiva, vid. WOLF. ADAM LAVTERBACCHI dissertationum academicarum vol. IV, disput. CXLVI. §. VIII, pag. 1212.

p) L. 13. §. I. D. de verb. significative, cuius verba sunt: *res videntur absesse* quarum *corpus maneat* forma mutata. Eadem fere verba habet L. 13. D. de verb. oblig: *res videtur absesse* cuius *forma mutata est*, licet *corpus maneat*.

q) quia saepe ignoramus rem furto ablata, in statu quo ipsa

repeti potest, adhuc adest, in condicō furtiva petita alternativa ita formare licet, ut fur aut rem ipsam aut aestimationem praestet. VLR. HVBERVS in praef. iur. ciu. lib. XIII. tit. I. n. 4.

r) L. 8. D. de condicō furt. s) vid. AND. CLVDIVS in tractatu de condicō furt. c. I. n. I. c. 18. n. 17. PAVL. BVSIUS in com. ad D. lib. XIII. tit. I. leg. 8. §. I. 10. BRYNNE MANNVS in comment. ad D. lib. XIII. tit. I. 8. VLR. HVBERVS in praef. iur. ciu. lib. XIII. tit. I. n. 4. 10. MATTHAEVS MAGNVS in libro de rationibus et differentiis iur. ciu. C. XII.

alicuius penuria. Attamen nonnulli hoc ita temperandum putant, ut tunc tantum locum habeat, quando dominus, rei eo tempore, quo plurimum valuit, probabiliter venditurus eam erat *t*). In rationem huius sententiae si inquiramus, eam in eo inuenimus, quia fur semper in mora esse intelligitur *u*). Hodie autem condicatio furtiva datur ad id quanti res tempore furti vere fuit, ac simul omne id quod interest *v*), quod etiam iuramento definiri potest *w*). De eo autem, in quantum a nobis dicta in casu, quando fur poemam aut capitalem aut corporalem aliamque subiit, vsum habeant, conferri merentur, SIG. FINCKELTHAUSIVS *x*), PET. HEIGIVS *y*), BENEDICTVS CARPOZOVIVS *z*), CHRISTOPH. PHILIPPVS RICHTERVS *a*), MATTH. BERLICHIVS *b*), LUDOVICVS MENCKENIVS *c*), IO. BRVNNEMANNVS *d*), SAMUEL

C.XII. in GER. MEERMANNI thes.
tom. III. p. 313. 314.

t) vid. IO. BRVNNEMANNVS,
cit. loc. n. 3.

u) vid. AND. CLVDII tract. de
cond. furt. c. 20. GEORG. ADAM.
STRVX syntagma Iurisciui. exer-
cit. XII. §. 54. IACOB. MENOCHIVS
Tom. X. consiliorum et responsorum,
conf. 963. n. 42. GOTTL. GER.
TITII ius priuatum romano ger-
manicum lib. V. c. 1. §. 9.

v) vid. perillust. IO. CHRIST.
KOCHII institut. iur. crim. lib. II.
Cap. III. §. 216. Illust. IO. LVD.
SCHMIDTIVS de actionibus et ex-
ceptionibus c. II. §. 1268.

w) vid. GABRIELIS CATALANI
syntagma de eo quod interest C.
XLIV. in GER. MEERMANNI thes.
tom. VII. p. 797. IO. BORCHOL-
TENI comment. in tit. D. de in li-

tem iurando c. IV. n. 78. WOLFG.
AD. LAVTERBACHII volum. IV.
diff. academ. disput. CXLVI.
§. VIII.

x) in obseruationibus practicis
obl. 59.

y) in quaestionibus p. II. qu. 23.
n. 17.

z) in practica criminali p. II.
qu. 80 n. 104.

a) in decisionibus p. II. decif. 96.
n. 154.

b) in conclusionibus practicis
p. III. conclus. 19. n. 38.

c) in differt. de reo eiusue herede,
ex delicto corporis adiliici-
uum poenam merente ad ablati ex-
pensarumque restitucionem obliga-
to Lipi. 1723.

d) in comment. ad Digesta lib.
XIII. tit. I. leg. 7. n. 7. et 8.

SAMVEL STRYKIVSE^e), WOLFFG. AD. LAVTERBACHIVS^f),
VLR. HYBERVSG^g), AVGVSTINVS de LEYSER^h), perill. IO.
CHRISTOPH. KOCHIVSⁱ), perill. IO. AVG. HELLFELDVS^k).

§. XIII.

De specificatione interitum rei ciuilem efficiente.

II) Accidit rei interitus ciuilis in specificatione, qua fur ex aliena materia fecit nouam speciem ^l). Disceptatum quidem multum fuit, cui noua species, per specificationem facta, sit adiudicanda; tandem tamen praevaluit distinctione, utrum species ad pristinam formam possit reduci, nec ne? Quae quoque distinctione ratione furis specificantis obtinet, ita ut priori in casu laesus conditione furiosa, quacum electio rei vindicatio concurrit, speciem a fure exigere possit, ac ne operas quidem soluere debeat ^m); sed quid, si fur dicat, confabulo materiam atque rem tuam tibi restituam? Videtur hoc furi non esse indulgendum ⁿ). Posteriori vero in casu fur specificans fit dominus, exceptis casibus quibusdam postea adferendis ^o). Cuius

^e) in lvsu moderno pandectarum lib. XIII. tit. I. §. 6.

^f) in disputationibus academ. vol. IV. disp. CXLVI. §. 6.

^g) in paelect. iur. ciu. lib. XIII. tit. I. n. 4.

^h) in medit. ad D. spec. 149. med. 4.

ⁱ) in institut. iur. crimin. lib. II. c. III. §. 217.

^j) in jurisprud. forensi §. 840.

^l) Referunt quidem haecce specificatione ad species accessionis industrialis, sed male; quum hic vntantum res adsit, et accessione duas, vnam nempe principalem, alteram accessionem supponat, vid. VLR.

^{JOHN HYBERVS in paelect. iur. ciu. lib. II. tit. I. n. 43.}

^m) §. 25. Inst. de rerum diuis. L. 7. D. de adquirendo rerum dom.

L. I. Cod. de infant. exposit. WOLFFG. AD. LAVTERBACHIVS

vol. IV. disp. acad. disp. 146. §. 7.

ⁿ) conf. IO. HEN. MOLLENBECK. cit. thesaurus iuris ciuili lib. XL. tit. I. not. 83.

^o) §. 25. Inst. de rer. diuis. L. 7. de adquir. rerum dom. EDMUND MERILLIVS lib. I. obs. 21. WOLFFG.

ADAM LAVTERBACHIVS in compendio iuris pag. 567. ANTE. CONTRIVS lib. I. disput. iuris ciuili. c. XII. p. 80.

C

ius ratio hæc est, quia specificatio inuoluit interitum rei ciuilem, dum res, forma materiam absorbente, pro extincta seu re non amplius existente habetur^p). Extincta autem re, extinguitur etiam illius dominium q) ei nihil conuenientius est, quam vt ea illius sit, qui fecit, vt iam alio existat modo; nouae enim rei nouum est dominium r). Quibus ex iure ciuili adsumtis, missis iis, quae a multis sine iudicio excogitata sunt, dubium inde depronatum, quod nemo mala fide, ac multo minus delicto dominium rei cuiusdam adquirere possit s), facili negorio ratione ex ipso iure naturae defunta remoueri posse credo. Nimurum cessat impedimentum legale, quod res aliena inuito domino auferri non possit, quia quilibet, immo etiam ille, qui alios hac vel illa ratione laefit, rerum nullius, ac multo magis earum, quibus existentiam dedit, dominium adquirere potest, ita vt ipse laederetur, si laefus, cui ius reparationem damni exigendi maner, ei impedimento futurus esset. Accedit, quod, si quis sine culpa sua dominium rei sua seu ius in re amiserit, ei adhuc competat actio ad aestimationem, ac ille qui actione ad eam consequendam vii potest, rem habere videatur t).

Non

^{p)} conf. SAM. STRYKII vol. V. diff. iurid. disput. II. c. II. n. 10. SAM. PUFENDORFIUS de iure nature ac gentium lib. IV. Cap. VII. §. 10. THEOPHILVS in paraphraſi institutionum cum notis omnium cura GVIL. OTT. REIZII tom. I. §. 26. de rerum diu.

^{q)} conf. FRANC. BALDVINVS in catechesi iur. ciu. lib. III. c. fin, tom. I. IURISPRUDENTIAE ROMANAЕ et ATIICAE pag. 674.

^{r)} vid. AEG. HORTENSIVS ad leg. 16. §. 2. D. de pignoribus pag. 312.

^{s)} vid. PET. MÜLLERVS in additamentis ad GEORG. AD. STRYVIE

syntagma juris ciuil. exercit. XXI. lib. 45. tit. I. §. 37. SAM. STRYKIVS volum. V. differt. iurid. disput. II. cap. II. n. 28. GOTTL. GER. TITIVS in iure priuato rom. germanico lib. III. c. V. §. 30. SAM. de COCCUS in iure ciuili controverſo Lib. XLI. tit. I. quæſt. 21. p. 435. edit. nou. Sed meliora docent REIN. BACHOVIVS in commentario ad Inſtit. pag. 267. et VLR. HVERVS in prælect. iuris ciuil. lib. II. tit. I. n. 44.

^{t)} L. 15. D. de reg. iur. L. 52. de A. R. D. PETER FABER de regu. lis iuris ad D. C. 15.

Non obstat igitur paroemia germanica u): *Der Wille giebt dem Werke den Nahmen.* Quibus ex rationibus IUSTINIANVS statuit, quod is, qui mala fide purpuram vestimentō suo intexuit, fiat dominus purpurea v), Valer hic argumentum a minori ad maius. Nam in specificatione res magis vere ac reapse non existit, quam in accessione res iuncta. Ergo mala fide specificans multo magis dominium adquirit speciei, quam in accessione mala fide vniens, ad quem res pertinet principalis. Nec ulterius obiici potest, quod bonae fidei possessor fructus suos faciat, non autem malae fidei possessor w), quia perceptio fructuum per se non est modus adquirendi, sed quatenus quis ius in fundo habet; bonae autem fidei possessor interdum loco domini est. Obstarat quidem nonnullae leges videntur, ex quibus partem directe, partem indirecte nostra sententia impugnatur. Quod ad leges prioris generis attinet x), illae tradunt quod is, qui dolo desit possidere, pro possessore fit habendus. Sed acceditius his legibus, quae per se clare patent, salua nostra sententia. Etenim quilibet Iurisconsultus perspicere deberet, quod de iure domini, contra eum, qui mala fide desit possidere, ad

C 2 aesti-

u) vid. 10. NIC. HERTII opera tom. III. lib. I. paroem. L.

v) §. 26. Initit. de rerum diuinis, cuius verba sunt: *si alienam purpuram vestimentō suo quis intexuerit: licet pretiosior sit purpura, tamen accessionis vice cedit vestimentō et qui dominus fuit purpurea, aduersus eum qui subiuxit, habet furti actionem et conditionem; si ne ipse sit, qui vestimentum fecit, sive alias nam extinctae res, ut et vindicari non possint, condicā tamen a juribus et quibusque aliis possesso-ribus possunt.*

w) L. 4. de crim. expil. haeredit. L. 3. de condict. sine causa SAMVEL de COCEII in iure ci-

uili controverso lib. XXXXI. tit. II. qu. 22.

x) L. 133. D. de reg. iur. quae hanc continet regulam: *qui dolo desit possidere, pro possessore damnatur*, L. 150. D. de reg. iur. cuius verba sunt: *parem esse conditionem eius qui quid possidat vel habeat atque eius cuius dolo malo factum sit, quo minus possidret, vel haberet*. L. 157. §. 1. eodem, que haec tradit: *semper qui dolo fecit, quo minus possidat, pro eo est habendus ac si haberet*. L. 25. §. 8. D. de haered. petitione, vbi legimus: *is qui dolo fecit, quo minus possidet, ut possessor condemnatur*.

actimationem rei agendi, sermo sit. Id quod etiam inde luculentter apparet, quod vel ille, qui mala fide alienauit, adhuc pro possessore habeatur, adeo ut contra eum rei vindicatio utilis institui possit.

§. XV.

Continuatio I.

Quod leges posteriores concernit y), illae propositionem nostram tantum restringunt; desumptae enim sunt ex libris **LVLLI PAVLI**, **Erciscundi** z) qui, quum carpandi studio maximo deditus a) ac cupiditate dissentendi subtilitas studiosissimus esset b), mox **Sabinos**, mox **Proculeianos** secutus est. Quid igitur mirum, si et in hac materia ex suis libris subtilitas quaedam in Digesta **IVSTINIANI**, in dissensu Iurisconsultorum **PAVLI** sententiae subscriventis,

y) L. 12. §. 3. D. ad exhibendum, quae haec facint: si quis ex vnu meis mustum fecerit, vel ex olio oleum, vel ex lana vestimenta fecerit, cum sciret haec aliena esse: utriusque nomine ad exhibendum tenetur, quia quod ex re nostra sit, nostrum esse verius est. L. 4. §. 2. D. de usurpat. et usucaption, cuius verba sunt: si ex lana furtua vestimenta feceris: verius est ut substantiam spectemus, et ideo vestis furtua erit.

z) Optimo iure ad Erciscundos Iurisconsultos eum reserunt **GOTTF. MASCOVIVS** de seculis Sabinianorum ac Proculeianorum in iure ciuili cap. 8. §. 8. n. 2. et perill. **DAN. NETTELBLADT** in initis historiae litterariae iuridicæ vniuersalis p. I. epoch. II. §. 212. ed. nou. Conf. tamen **EBER**, OTTO in Papinianum

seu de vita studii, scriptis, moribus, et morte Aemilii Papiniani Iurisconsultorum **Coryphaei Diatriba** c. XIII. §. 9. **IO. STRAVCHIVS** de vita Iulii Pauli, in eius vita veterum Iurisconsultorum pag. 91. **FRANC. CAR. CONRADI** in parerga lib. IV. §. 3. pag. 507. seq.
a) cfr. **PET. FABER** ad L. 145.
D. de reg. iur. **EVER. OTTO** lib. cit. p. 294. **GOTTF. MASCOVIVS** lib. c. p. 144. laudatus **DAN. NETTELBLADT**, lib. c. p. I. epoch. II. §. 218. edit. nou.

b) vid. **IO. GOTTL. HEINECCII** hist. iur. ciu. rom. a que germ. lib. I c. IV. §. 341. conferatur tamen **CORNELIJ VAN BYNKERSHOEK** operum minorum liber singularis ad Leg. XXXX. D. de rebus creditis c. 1. p. 3. edit. II.

tis, irrepsertit, cui deinde generali dispositione Institutionum neutriquam derogauit; quoniam posterior lex generalis non tollit legem priorem specialem *c)*, nec etiam praesumitur, legislatorem sine expressa correctione priorem legem mutare voluisse *d)*. Nimirum ex allegatis aliisque legibus assumendum esse puto, furem speciem, quae in pristinam materiam reduci non potest, adquirere, exceptis casibus in quibus fur alienae surreptae materiae eam formam dedit, quam tam ob eam vim et facultatem, quae ei a natura altius inhereret, et quam nonnulli Iurisconsulti potentiam proxinam vocant, quam ob iam factam praeparationem laetus ei dedisser. Tunc enim noua species ad dominum pertinet materia. Cuius ratio haec est, quoniam fur, qui ex re surrepta id fecit, quod ex ea laetus necessario fecisset, voluntate laeti specificasse videatur, ac ideo res pro extincta haberet non potest. Quae quoque interpretatio iuri conuenient naturae *e)*. Sic igitur *PAVLVS* furi, qui ex alienis viuis mustum fecit, vel ex oliuis oleum, dominium harum rerum non tribuit. Quamvis enim omnino dici possit, furem ex alienis viuis vel oliuis vinum vel oleum exprimendo nouas fecisse species *f)*, ob vires naturae insitas ab eaque prouenientes seu earum potentiam proximam, aliam formam recipere vnde aequae ac

C 3

oliuae

c) Institutiones ratione consecutionis, non item ratione promulgationis tamquam lex posterior considerari posunt.

d) vid. *IO. NIC. HERTH* opera tom. I. diss. III. de collisione legum Sect. III. §. 1.

e) vid. huius dissert. pars I. §. 6. et 7.

f) differentiunt *REYNH. BACHOVIVS* in Comment ad Instit. lib. II. n. 19. p. 168. *IO. GOTTF. SCHAVMBVRG* in notis ad *GEORG. AD. STRVII* iurisprudentiam aphor.

XXXX; sed nostrae sententiae accedunt *ARNOLDVS VINNIUS* in Comment. ad Instit. §. 25. tit. de rerum divisione *VLR. HVBERVS*, in praelect. iur. ciu. lib. II. tit. I. n. 43. *SAMVEL de COCCERI* in iure ciuili controverso lib. XXXXI. tit. II. qu. 22. edit. nou. Alia plane est ratio frumenti ex spicis excusii, quod nouam speciem non constituit, quia grana suam perfectam habent speciem, et erant ac dicebantur frumentum. Liquor autem oliuarum et vuarum corticibus inclusus non est, quod ex post fit. vid. *SAMVEL de COCCERI* loc. cit.

oliuae haud aptae sunt g). Hinc etiam vuiae et oliuae lectae percipi coptae dicuntur, tum demum vero, quando coarctatae sunt, id est viuum et oleum inde factum, perfecte collectae nominantur h). Sunt forsitan, qui obiciunt P A V L U M non solum de vuis atque oliuis, sed et de vestimentis ex aliena lana confectis longui. Id quod mihi non ignotum est, quoniam verba P A V L I clara satis et haec sunt i): Si quis ex lana vestimenta fecerit cum sciret aliena esse, ad exhibendum tenebitur, quia quod ex re nostra sit, nostrum esse verius est. Et alio loco k): Si ex lana furtiva vestimenta feceris verius est, ut substantiam spectemus, et ideo vestis furtiva erit. Sed hoc me non mouet, ut a sententia mea discedam, nam si fur ex detonsi ouibus lana pannum faciendum curavit, non dubitandum est, quin ipse dominus sit, quin pluribus formis haec lana apta erat, sed si lana a domino iam praeparata erat, ac ex ea furro ablata vestimentum factum est, illius esse statuo, ad quem lana pertinet. De posteriori casu adductae leges intelligendae sunt; quoniam lana nondum praeparata et perfecta confectione vestimentorum inferire non potest. Quare fur stulte atque insipide ageret, si ei veniret in mentem, ex lana detrona pannum confidere et ex eo vestimentum adaptare, nisi forsitan ipse artem lanicam exerceat. Inde etiam lex de eiusmodi cafu non est explicanda. Priorem casum P A V L U S ita proponit l); sed si meis tabulis nauem scissis, tuam nauem esse quia cupressus non maneret, sicuti nec lana vestimento facta. Evidem viri magni nominis, e quibus tantum V L R. H V B E R V M nominio m), statuunt, leges adductas n) I V S T I N I A N I dispositioni plane non contrariari, sed potius de aestimatione a fure praeflenda esse intelligendas. At quamvis illius viri auctoritas multum

g) REINH. BACHOVIVS loc. cit.
h) L. 78. D. de rei vindicatione.

i) L. 12. §. 3. D. ad exhibendum.

k) L. 4. §. 20. D. de usurpat. et usurcationibus.

l) L. 26. pr. D. de acquir. re-

m) in praelect. iur. ciu. lib. II.
tit. I. n. 44.

n) L. 12. §. 3. D. ad exhibendum

L. 4. §. 20. D. de usurpat. et usurcationibus.

multum apud me valeat, vsque eo tamen non progradinir, vt eius sententiae album adiiciam calculum; quod inter alia haec verba PAVLI, ipsis legibus pro ratione subiuncta, probare videatur: *quia quod ex re nostra fit, nostrum esse verius est; ac porro: verius, est vt ad substantiam spectemus.* Sic siquidem fur medicamenta iam parata et perfecta abstulerit, emplastrum inde confectum ad eum pertinet, cuius medicamenta erant; caeteroquin emplastrum est facientis. Iam reliquum et, vt enodemus, an specificatione, qua a fure ex alienis lignis nauis extratur, materia absorbeatur, ita vt forma praeualeat. Atque omnino ita mihi videtur ob verba IVLII PAVLIO), quae, quamquam non loquuntur de fure specificante, ad eum tamen ob rationes supra adductas referenda sunt. Sunt autem haec: *Sed si meis tabulis nauem fecisset, tuam nauem esse: quia cupressus non maneret.* Huius legi alia lex digestorum grauter obstat, cuius verba sunt: MINVTVS interrogatus, *si quis nauem suam aliena materia fecisset, num nihilominus eiusdem nauis maneret?* respondit manere; sed si in aedificanda ea idem fecisset, non posse IVLIANVS notat: nam proprietas totius nauis carinae causam sequitur p.). Sunt qui voci carinae inherentes, has leges in speciem tantum pugnare arbitrantur, ideoque eas conciliare student, non curantur, vrunt haecc conciliatio menti legum sit conformis nec ne. Mentre autem propositionis IVLIANI, ex proxime antecedentibus MIVNCIIS verbis perspicere possumus. Statuit MINVCIVS nauem absor-

o) L. 26. D. de acquirendo re-

rum dominio.

g) L. 61. D. de rei vindicatione, conf. ea quae proferunt de hac lege EBER. BRONCHORST, Cent. III. miscellanearum iuris controveriarum, 10. STRAVCHIVS exercit. VI. thes. 50. OSW. HILLIGERS in commentario in HVG. DONELLYM. lib. IV. c. 12. lit. C. VLR. HVBRVS in praelect. iur. ciu. p. 121. qui litem ita compotiore studet:

mifis allorun inuentis, responde carinam ibi non significare materiem nauis sive lignum, vt GOTHOFREUVS ibi notat, verum infimam partem et fundamentum nauis ut FESTVS in voce carinantes exponit, nempe sculi pars superior aedificii cedit ei, cuius est infima pars et fundamentum; sic in lege LXI. IVLIANVS ait, proprietatem totius nauis carinae causam sequi, id est fundamentum nauis.

— — — — —

absorbere materiam alienam ad refectionem nauis adhibitam; **IVLIANVS** ad hanc propositionem notat, id locum non habere intuitu nauis ex aliena materia aedificatae, sed proprietatem totius nauis carinae cauillam sequi, id est nauem pertinere ad eum, cuius materia seu infima pars exstructa sit. Atque si ita haec lex explicatur, datur omnino antinomia inter adductas leges ^{q)}. Et quid mirum? etenim diuersas Iurisconsultorum, ex quibus digestorum libri conslati, seetas, variasque inter ipsos de iure diffensiones fuisse, dubium non est. Ex ipsis igitur diffensionibus, reliquias vestigiaque in iure nostro, ex variis et a variis praecepitanter collecto non pauca superesse, vnuisque, qui ipsis rei diligens indagator est, facile animaduerit ^{r)}. Nec est ut **IVSTINIANO** in hoc accedamus, nullam nempe existare in digestis antimoniam, quin potius id ipsum, quod ex tot libris Iurisconsultorum diuersis factis addictorum digesta sint composita, contrarium probabilius reddat. Miror igitur, tot Iurisconsultos desudasse, et adhuc desudare in conciliandis eiusmodi legibus, quae sibi aperte aduersantur, e quarum numero leges adductae sunt, quarum vnam debemus **PAVLO**, Iureconsulto ericifundo, qui in hoc casu formam, tanquam quae rei det essentiam, praefert; alteram **IVLIANO**, qui agmen *Sabinianorum* claudit, atque cum omnibus *Sabinianis* plus tribuit materiae. Ex quibus simul factis manifestum est, cur legem priorem ex libris **PAVLI** defumtam; praefferamus legi posteriori de promtae ex libris **IVLIA-
NI**. Nimirum quia illa maxime concordat, cum **IVSTINIANI
PAVLLI** sententiis subscriptis dispositionibus, quibus controuer-
fias inter *Sabinianos* et *Proculeianos* diremit, haec e contrario sim-
pliciter in hac parte ex sententiis *sabinianorum* propria est. Qui-
bus expositis pauca addere et adiucere adhuc licet de subsidiis, que-
laeso

^{q)} conf. **AEGID. MORTENSTVS**
in comment. ad Instit. §. 25. 10.
IAC. WISSENBACH disput. XVIII.
§. 23. **FRANC. HOTTOMANVS** in
commentario in instit. §. 25.

^{r)} vid. **HERON. ELENI** exerci-
tationes ad ius civile cap. XXIV.
IN EVER. OTTONIS thesauro iuris
tom. II. p. 1412.

laeso competunt contra furem specificantem. Nimurum dominus materiae conditione furtiva, quacum electiue concurrit rei vindicatio, aequae ac actione furti speciem ipsam ex materia sua factam simul cum eo quod interest, iis in casibus exigere potest, quibus specificatio non inuioluit rei interitum ciuilem. Si autem specificatio illum habet effectum, rei tantummodo aestimationem petet, ac omne id quod interest. s)

§. XVI.

De accessione industriali interitum ciuilem effidente.

III). Existit interitus rei ciuilis in accessione industriali, qua fur, non ope naturae sed tamen industriae efficit, rem furtivam accedere rei suea. Et quod quidem ad *adiuunctionem* attinet, duo requiruntur, 1) ut res furis, cui surrepta accedit, pro principali haberri possit; 2) ut etiam accessione adsit, quod tamdui non est, quamdui res nondum coniuncta est cum principali. Quod si autem haec duo adsunt, regula obtinet: accessiorum sequitur principale t). Quam ob rem accessiorum habetur pro extinto, sicut lumen minus per maius extingui dicitur u). Quemadmodum autem res non existens non vindicatur v), ita in hoc casu contra furem neque vindicatio neque conditio ipsius corporis datur w). Igitur quia ad-

s) cfr. §. 14. huius disputationis.

t) L. 178. de regulis iuris. Conf. etiam IAC. GOTHOFRIDI commen- tarius in titulum Digestorum de regulis iuris. Collect. XII. pag. 719.

u) vid. SAM. STRYKIVS vol. V. disert. iurid. disp. II. c. IV. §. 1.

v) §. 26. Infin. de rerum diuisi. conf. Illust. CAROL. FRID. WAL- CHVS in notis ad IOACH. HOP- PII succinctam comment. ad In- finit. Iustin. lib. II. tit. I. de rerum diuisi. §. 26. L. a.

w) L. 8. de condict furt. Conf. tamen IOACH. HOPPIVS in com- mentatione succincta ad Infin. Iu- stinianas lib. II. tit. I. de rerum diuisi. §. 26. n. 2. *furis enim, in- quirit, persona mihi est obligata actio- ne personali propter delictum furti,* ideoque non attenditur utrum res extinta sit, an non, sed indistincte contra eum datur conditio furtiva. Vix credo, HOPPII sententiam es- se, dominum ipsam rem a fure re- poscere posse. Etenim si res pro extinta, vt ipse statuit, habetur neque

adiunctio est adquirendi causa, tamis per dum res iuncta manet a domino amittitur, atque hac sublata et hinc non existentia cessante, dominum reuiuiscit, ita ut res ipsa reuocari possit. Quum autem laesii intersit, ut cauilla adiunctionis tollatur, videendum est, utrum re surrepta salua separatio fieri possit, nec ne x)

§. XVII.

Continuatio I.

Si separatio re surrepta salua fieri potest, laesus cuius interest, ut res separetur, actione ad exhibendum illius separationem optimo iure exigit, ut rem exhibitam suo commodo vindicare possit y), quamvis id salua substantia rei furis fieri nequeat. In quo multum differit actio ad exhibendum, quae instituitur contra bona fidei posseforem, ab ea quae datur contra eum ad exhibendum, qui mala fide rem possidet, quum bonae fidei possefori detrimeto esse non debeat exhibito, et contrario maleae fidei possefori hoc damnum, quod culpa sua sentit, sentire non videatur. Eiusmodi autem species adiunctionis, ubi separatio re salua institui potest, sunt inclusio, adplumbatura atque inaedificatio. Hinc si fur gemmam annulo suo incluserit, vel sigillum candelabro, laesus neque gemmam neque sigillum quidem vindicare, sed ad exclusionem agere potest z). Item si fur rotam vehiculo suo aptauerit, naui sua tabulam, ansam alie-

neque rei vindicatione neque conditione repeti potest. L. 8. D. de condic. surt. Si igitur IUSTINIANVS §. 26. Inst. de rerum diuis. statuit, res extintas non vindicari, condic tamen posse a furibus et quibusque aliis possefitoribus, intelligit conditionem aestimationis. An autem cum CHARONDA atque CONTIO pro quibusque legi debeamus quibusdam, quam lectionem tuerit EVER. OTTO in comment.

ad Inst. de rerum diuis. pag. 182; in II. dissertatione de hac materia dispiciemus. Conf. tamen *litigr. CAROL. FRID. WALCHIVE* in notis ad IOACH. HOPPII comment. succinctam. lib. II. tit. I. §. 26. not. b. qui ex auctoritate THOPHILII tuerit lectionem *quibusque*.

- x) L. 23. §. 5. D. de R. V.
- y) L. eod. D. de R. V.
- z) L. 6. D. ad exhibendum.

alienani scypho suo, et emblemata phialae suae iunxit, tenebunt ad exhibendum a). Id tamē ex peculiari ratione exceptionem admittit ratione aedificationis, ita ut laetus, ne ruinæ urbis adspicuum corruptum b), tigna aedibus furis iuncta, stante aedificio neque vindicare, neque actione ad exhibendum postulare possit, nisi forte tignum ita si iunctum, ut sine ruina vel graui detrimento extrahi queat, quod legi adiectae congruere videtur rationi; quae quoque, quia ob interest rei publicae aedificia magis ornari ac instaurari quam dirui prohibitiua est, sententiam CHRISTIANI THOMASII contra VLRICVM HYBERVM tuerit c); quod nempe aedificans si us sit fur, siue bona fidei possessor, si quoque velit, aedificium eo fine, ut tignum restituatur, destruere non possit d). Quamvis autem hac actione dominus tigni ut nequeat, alius tamen ei succurratur. Ita gaudet actione de tigno iuncto e), quia duplum exigit, immo etiam actione ad exhibendum, rei vindicatione et conditione furtiva aestimationem, quae quoque iuramento in item definiiri ac duplum excedere potest, vrget. Quod autem praefixa iam factissatione, aedificio diruto ruderia repeti adhuc possint, redolentiam antiquum reipublicae romanae, plane a nostro diuersum, quo furum delictis adnumerabatur, quorum poenam sibi vindicabat laetus. Quare etiam idhodie nullius esse vñus, aequa ac id quod de actione de tigno iuncto in duplum instituendo dixi f), mihi fere

D 2

persua

a) L. 7. D. ad exhibendum et
L. 23. §. 5. D. de R. V.

b) L. 2. Cod. de aedif. priuatis,
vid. etiam ERNESTVS GOTHRMAN-

NVS vol. II. respns. 93. n. 30.

c) vid. VLE. HYBERI paelect.
iuris ciuilis Lib. 2. tit. I. §. 39. ac
iung. Scholium, respomio et ad-

dimentum.

d) L. 6. D. ad exhib. L. 08. §.
vlt. D. de solut. L. I. pr. D. de

tigno functo. Conf. de hac mate-

ria IAC. RAEVARDVS 23. ad

leg. XII. tabularum IAN. ACOSTA

not. ad §. 29. Instit. de rerum di-
uisi. CASP. ZIEGLERS disput. de
tigno iuncto §. 9. IAC. CIVIA-
CIVS lib. XXIII. obs. iuris ciuilis
c. 19. CHRIST. HOFFMANNVS in
hist. juris vol. II. part. prior. p.
218. IA. GOTHOFREDVS leg. XII.
tabularum lib. III. tab. VII. in
EVER. OTTONIS thesauro iuris ci-
uilis tom. III. pag. 113.

e) §. 29. Instit. de rerum diui-

f) Conf. GOTTL. GER. TITIVS

in

persuadeo. Nullus autem dubito, quin adhuc hodie tigna vindicari possint, si fur destructo aedificio laeso nondum satisfecit, quia fur non tamquam tignum sive per se, sed tamquam partem aedificii illud possedit. g)

§. XVIII.

Continuatio II.

Quod ad posteriorem attinet casum contra furem, qui pro eo, qui dolo defit possidere haberur, actio ad exhibendum ad omne id quod interest institui, immo etiam condicione surtiua laesus aestimationem a fure petere potest, quod leges fusius docent exemplis h). At his in casibus separatio actione ad exhibendum extorqueri nequit, cuius ratio forsitan haec est, quia reparatio laesioris furi nimis difficulter fieret; dum ipsa res furis prelio diminueretur et perderetur, ac fur ob rem accessoriām pretio viliorem ac minorem laeso satisfacere deberet, quum tamen adfictio non addenda sit adfictio. Id quod applicari potest ad adferruminationem, intexturam, picturam atque scripturam, ita ut contra furem, qui in re ablata pinxit, i) scriptis, k) rem alienam rei sua intexuit

l) aut

In iure priuato romano germ. lib. II. c. V. §. 38. GEORG. AD. STRUVIVS in exercit. 48. thes. 31. IUS-TVS HENNING. BOEHMERVS in doct. de actionibus sc̄pt. II. c. II. §. 49.

g) OSW. HILLIGERVS ad HVG. DONELLVM Lib. V. c. II. Lit. E. IAC. CVIACIVS Lib. XXIII. obseruationum cap. 10. IAC. GOTHORPES ad leg. XII. tabularum lib. III. tit. 24. c. 7. IAC. RAEVARDVS ad easdem leges cap. XXII. IOSEPH. FERNANDEZ de RETES. ad tit. D. de acquirenda vel amittenda possessione p̄aelect. academ. p. II. c.

III. in MEERMANNI thes. tom. VII. pag. 486.

h) conf. IO. ALTHVSIVS in diaeologica Lib. I. C. XXXVIII. n. 13. et GREG. BICCVS in colleg. iurid. lib. XXXI. tit. I. §. 31.

i) §. 34. Initit. de rerum diuis. conf. tamen M. LYCKLAMA de NIEHOLT membran. lib. I. eclog. 15. EDM. MERLLVS lib. VIII. obs. iuris c. 28. et EVER. OTTO comment. in institutiones pag. 189. et illustr. CAR. FRID. WALCHIVS in not. ad IOACH. HOPPII succ. comment. lib. II. tit. I. §. 32. L. a.

k) obici quidem potest, hodie pictura

l) aut per adferruminationem iuxit m) actio ad exhibendum ad separationem suscipi non possit; sed competit laesio supra dictae actiones. Sunt tamen, quod miror, Iurisconsultorum plerique, qui statuunt, purpuram vestimento intextam separari, ideoque ad eam separandam agi posse, ut ita separata restituatur. Sed perpendant accuratius legis verba n), in quibus praesidium sententiae quaerunt, quaeque haec sunt: idem et si armario vel naui tabulam meam vel ansam scypho iunxeris vel emblemata phialae vel purpuram vestimento intexeris aut brachium flatuae coadunaueris; et intelligent necesse est, in hac lege non sermonem esse de purpura intexta sed intecta, de qua autem IUSTINIANVS non loquitur, ita fanciens o): si alienam purpuram vestimento suo quis intexuerit: Acte prædictior sit purpura, tam accensionis vice cedit vestimento, et qui dominus fuit purpurae aduersus eum qui surrexit, habet furti actionem atque conditionem. Vellem, ut ardiperit huius rei incios Iureconsultos edocerent, magnum esse discrimen inter purpuram, quam fur vestimento intexit, atque eam quam vestimento intexit. Persiani sunt, qui opinantur, integere hoc loco idem esse ac intexere, quum alias VLPIANVS dicere debuisset: vel purpura vestimentum intexerit. Ast inde mihi alia non extorqueretur sententia; nonne enim est emphasis quaedam in AVRELII PROPERTII sequentibus verbis: Quia formosa suo Clitumnus flumina luce integrus p) Quum vero ratione intexturae atque adferruminationis fieri possit, ut casu res separentur, quaeri potest, an non tunc res surrepta vindicari possit? Mihil hanc quaestio-

D 3

nem

picturam atque scriptuam extingui posse salua re necessaria, sed id me non mouet; quia omnis ars periret, ideoque ut rei accessoriae vindicationi daretur locus, principale est defruendum.

l) §. 26. Instit. de rerum diuis.
m) L. 7. §. 2. D. d. exhibendum.

n) L. 7. §. 2. D. ad exhiben-

dum. In hac lege sermo est de eiusmodi adjunctionibus, in quibus, re accessoria salua, separatio fieri potest. Etenim in ansa scypho iuncta, emblematis phialae impositis, brachio sine adferruminatione statuae coadunato, tabulis naui adiectis, talis separatio cogitari potest.

o) §. 26. Instit. de rerum diuis.
p) lib. II. el. 19. v. 29.

nem dirimenti, ex auctoritate PAVLI q), negativa adridet sententia, cuius ratio, de quib[us] VLRICVS HYBERVS r), in hac materia non semper sibi constans, dubitat, haec est, quia ob non praeſumendam separacionem, quae, quoniam salua re fieri nequit, exigere non potest, coniungens dominium irreuocabiliter adquisitum; quod aliter se habet, vbi separationem adhuc sperare licet. Nec dubito, idem obtinere ratione scripturæ aequæ ac picturæ s)

§. XIX.

Continuatio III.

Quibus expositis ad commixtionem, quae quoque species accessionis industrialis est t), progredior, ut definiam, cuius am effetus sit commixtio a fure intuitu rei furtivæ facta. Ipse imperator IUSTINIANVS ita ordinavit u): si duorum materiae ex voluntate dominorum confusæ sint, totum id corpus, quod ex confusione fit utriusque commune est: veluti si qui vina sua confuderint, aut massas argenti vel auri confluerint. Sed et si diuersæ materiae sint, et ob id propria species facta sit; forte ex vino et melle mulsum aut ex auro et argento elestrum: idem iuris est: nam et hoc casu communem esse speciem, non dubitatur. Quod si fortuito, et non voluntate dominorum, confusæ fuerint, vel euidenter generis materiae, vel diuersæ; idem iuris esse placuit. Quam dispositionem generalem IUSTINIANVS in digestis verbis POMPONII atque PAVLI v) magis ita explanat:

Pom-

q) L. 23. §. 5. D. de rei vindicatione.

r) in p[ro]alect. iur. ciuilis lib. II. tit. I. n. 38. vbi ita hac de re loquitur: iam satis constat purpuram alienae vesti iunctam a domino sine dubio amitti, tantisper dum invicta maneat, ea vero separata, dominum reuinijicit, ut de tigno aedibus iuncto videbimus infra, licet aliter in his quae per ferruminationem confolidato sunt, habeatur in leg. 23. §.

5. de rei vindicatione, de cuius tamen exceptionis ratione merito dubites.

s) cons. tamen LVD. CONS. SCHMALKALDERI disserit. de pictura principali, scriptura accessoria Tab. 1747.

t) Dissentit HIERON. TREVILE-RVS vol. I. disput. 20. thes. 7. §.

u) §n 27. Instit. de rerum divisione.

v) Lex 3. et 4. D. de rei vindicatione.

Pomponius scribit, si quid quod eiusdem naturae est, ita confusum est atque commixtum, ut deduci et separari non possit: non totum sed pro parte esse vindicandum. Utputa tuum et meum argentum in massam redactum, erit nobis commune, et unus quisque pro rata ponderis, quod in massa habemus, vindicabimus; et si incertum sit quantum quisque ponderis in massa habet. Quo quidem casu etiam communis diuidendo agi poterit. Sed et furti, et ad exhibendum tenebitur, qui dolo malo confundendum id argentum curauit: ita ut in ad exhibendum actione pretii ratio haberi debeat; in vindicatione vel communis diuidendo actione hoc amplius ferat, cuius argentum pretiosius fuerat. Quibus ex legibus apparuit, quantum commixtio a fure facta ratione effectus differat a commixtione, ab alio susceptra. Nimurum si fur per commixtionem sive commixtionem in specie conditionem rerum furtiarum mutauit, illae vero separationem recipiunt ^{ut} laetus partem suam, quia commixtio, qua res non definit esse, quae fuit, non involuit interitum rei civilem, pro diuiso vindicatur, sive res sint diuersae, sive eiusdem naturae. Sic si fur pecora surrepta cum suis pecoribus, aur alienum aurum cum plumbi suo miscuit, laetus vindicationum iure obtinet, modo, si necessitas id requirat, simul separationem vrget. ^{x)} Sed quid iuriis si res separari non possunt? vult IUSTINIANVS, ut distinguamus inter speciem nouiter per commixtionem exortam, et inde non enatam. Si fur ex re ablata arque sua commixtione nouam efformauit speciem, indistincte res furto ablata habetur pro extinta, ita, ut dominium adquirat, arque laetus tantum aestimationem rei furtiae actione ad exhibendum, rei vindicatione vilis, conditione furtiva, vel etiam actione furti petere possit. Liceret enim IUSTINIANVS ^{y)} non expresse etiam loquatur de malae fidei possesso-

^{w)} quae nam res vero separari possunt, relinquo iudicio artificum, ac id tantum addo, olim res quasdam pro inseparabilibus habitas esse, quae pro talibus hodie non habentur.

^{x)} §. 28. Institut. de rerum divisione et L. S. §. i. D. de rei vindicatione.

^{y)} §. 25. Institut. de rerum divisione in fin. L. 5. §. i. D. de rei vindicatione.

— — — — —

re ex rationibus supra adlatiis hancce dispositionem iure meritoque extenditius ad quemlibet illius generis specificantem. Ratio autem, cur sine discrimine hoc in casu id obtinet, partim in eo posita est, quod specificans operam suam dedit ac partem materialae praestitit, partim in eo, quod alias laeso succurrit actionibus, quibus sine ruina rerum existentium a damno liberatur. Atque id, adsumitis semel aliis principiis iuris, iuri ciuili quam maxime congruit, quam ille, qui habet actionem ad aestimationem, rem habere videatur, vt in praecedentibus probauimus. Quibus itaque nos amplius ignoratus sum, quia etiam datur commixtio, quae quidem non efficit, nouam existere speciem, separationem autem non admittit. Cui non possum, quin effectum tribuan communioris, ita tamen vt gaudet laesus iure, partem rei ita commixtiae vindicandi, actione de communi diuidendo, actione ad exhibendum, conditione furtiva reparacionem laefionis exigendi, nullo adhibito discrimine inter confusione liquidorum atque commixtionem aridorum. Id docet PAVLVS 2) cuius verba VLPIANI verba ita excipiunt: *Quo quidem casu de communi diuidendo agi poterit, sed et furti et ad exhibendum tenetur quis dolo malo id argenteum confundendum curavit.* Loquitur quidem PAVLVS de argento confuso, quo apparer, hanc legem non esse intelligendam de commixtione in specie seu commixtione rerum aridarum. At sapa ratio praecipit, vt non sciungamus legem ex libris PAVLI deputatam a lege praecedente, quae VLPIANI atque sententiam POMPONII continet, quaeque de commixtione atque confusione separationem non admittentibus, diponit; vt satis ex adlatiis liquet verbis. Igitur si sur calceum, arenam, frumentum, nummos ad se rapuit, ac commiscerit, laeso actionis nominatae haud sunt recusandae. Nummis aduersari videtur lex quaedam digestorum a), cuius verba sunt: *Si alieni nummi in scio et iniuste domino soluti sunt, manent eius cuius fuerunt; si mixti effent ita ut disterni non possint; eius fieri qui accepit, in libertate*

CAII

2) L. 3, §. 2. D. de rei vindicatione, a) L. 78. D. de solutionibus.

CXII scriptum est: ita ut actio domino cum eo qui dedisset furti competeret. Sed mens huius legis haec est. Si quis alienos nummos inuito domino suis interficeruit atque tertio soluit, illi vel ita mixti sunt, ut discerni possint vel non; si prius, domino competit rei vindicatio, quia dominium suorum nummorum docere potest; si posterius a tertio vindicari non possunt. Ratio in eo quaerenda videatur, quoniam, quamvis eiusmodi commixtione nummi facti sint communes, commiscens tamen pro parte eos consumendi ius habet ac semper dubium remanet, vtrum partem suam tantum, an plus consumserit. Incertitudo autem ex frequenti oritur conversione numrorum b) Hac dicta sufficient de'nummis. Erunt forsitan, qui putant, me male de fragmenti aliarumque rerum aridarum commixtione iudicasse, sed dicant, quid velissim modo curatus inveniunt in intento legis et sine praeconceppta opinione sententiae contrarie. Nimirum obliuiciunt, frumentum aliaeue res aridae fine voluntate commixtae non fieri communes, ac lesum quidem hoc casu habere actionem in rem sed non actionem de communione dividendo. Prouocant ad ipsum IUSTINIANVM c), qui, quod si frumentum, inquit, Titii frumenta tuo misse fuerit: si quidem ex voluntate vestra, commune est: quia singula corpora, id est, singula grana, quae cutusque propria fuerint, ex consensu vestro communicata sunt. Quod si casu id missum fuerit vel Titius id miscuerit sine tua voluntate, non videtur communis esse: quia singula corpora in sua substantia durant: sed nec magis istis casibus communis sit frumentum, quam gressus intelligitur esse communis si pecora pecoribus tuis misse fuerint. Sed si ab alterutro vestrum totum id frumentum retineatur:

in

b) ab aliis videtur addicendum, sicut in
 1. b) Alii aliter hanc legem explicant, eorum numero sunt PLACENTINVS in commentario ad Inlito. §. 28. pag. 23. VAL. GVIL. FORSTERVS de dominio cap. IX. n. 170. pag. 315. PAC. CVIACIUS lib. obs. XIII. c. 28. VLR. HVBERNVS

in praelectionibus iur. ciu. lib. II.

tit. I. n. 45. et CHRIST. THOMA-

SIVS in scholis ad d. I. SAM. STRY-

KIVS diss. volum. V. dis. II. c. III.

n. 6. VONAS Auctor tam in libro

dis. §. 28. Inst. de rerum divisi-

E

in rem *actio pro modo frumenti eiusque competit*; et *VLPIANVM* sequentibus verbis sententiae *POMPONII* subscribentem: si frumentum duorum non voluntate eorum confusum sit, competit singulis in rem *actio in id*, quantum patet in illo acervo suum cuiusque esse. Quod si voluntate eorum commixta sunt, tunc communicata videbuntur et ex communis diuidendo *actio*. Quod verba *IVSTINIANI* Imperatoris concerat, ipsi declarare videntur, frumentum meum sine voluntate mea cum alterius frumento commixtum fieri commune, sed quod adserat iustinianus, fieri non magis commune, quam grex intelligatur communis, si pecora cum pecoribus commixta fuerint, claudicans similitudo est, qua tantum pronunciare voluit, natura atque essentia sua separatum atque distinctum manere frumentum. Etenim quem visu hominum frumentum aequae sit inseparabile ac vinum, et de in separabilitate commixtis atque confusis *VLPIANVS* atque *PAVLVS d)* statuant, quod laetus partem rei vindicatione seu actione de communi diuidendo petere possit, nullus dubito, *IVSTINIANVM* per actionem in rem de qua loquitur, actionem de communi diuidendo intelligere, quia est actio mixta. Ab obiectione autem ex Pandectis depromta, ac cui *VLPIANVS* occasionem dedidit, ita me vindico, ut sub actione in rem, quam *POMPONIVS* cedit, cuius frumentum sine sua voluntate alius miscuit, rei vindicationem aequae ac actionem de communi diuidendo intelligam, quem e contrario ei, cuius voluntate frumentum alius miscuit actionem tantum de communi diuidendo tribuat. e)

§. XVIII.

d) L. 3. §. 2. et L. 4. D. de rei vindicatis.

e) Inter eos, qui statuant, non obtinere in confusione, quod locum inuenit in commixtione, referendi sunt *landat*. *BACHOVIVS* in saepe cit commentario ad *Instit. lib. II. n. 20.* pag. 172. *VLR. HYBERVS*

in praelectionibus iuris tit. de adquir. rerum domino lib. I. tit. I. de commixtione et confusione. Contrarium statunt. *SAM. STRYKIVS* volum. V. dissert. II. c. 3. n. 3. seq. *AVGVSTINV de LEYSER* in medit. ad pandectas vol. VII. specim. 449. pag. 100.

De accessione mixta interitum rei ciuilem efficiente.

IV) Contingit interitus rei ciuilis in accessione mixta, qua nempe fur plantatione aut satione efficit, rem furtiuam pro extincta ac non amplius exstante haberi. Duplici ex causa planta surreptar a fure fundo suo imposta pro extincta atque non amplius exstante habenda est. Simulac enim planta radices egerit, propter accessionem debet esse, quae antea erat, quo accedit, plantam ex alieno solo alimento capientem, omnem substantiam fundo, cui imposta est, acceptam ferre, ac ita paulatim nouam factam esse. Quod quum cognitum haberet PAVLVS, ita verba huius rei apta f): *Arbor radicibus eruta, et in alio posita priusquam coaluerit prioris domini est: ubi coaluit, agro cedit: et si rursus eruta sit, non ad priorem dominum reuertitur, nam credibile est, alio terrae alimento aliam factam g).* Ex quo itaque sequitur, plantam a fure surreptam suo vel alieno solo impositam, ubi coaluit, pro extincta haberi ideoque nec vindicari nec conditio furtiva repeti posse; sed laesum id quod interest actione ad exhibendum, vel etiam aestimationem vindicatione rei utriusque seu conditio furtiva exigere debere. Nonne etiam laesus actione ad exhibendum petere potest, vt planta exhibetur, quia ea plerumque, quamvis coaluerit, salua a solo separari potest? negatiuam amplectior, hac commotus ratione, quoniam planta, facta separatione, adhuc pro non exstante atque extincta est habenda. Etenim non solum ob accessionem sed et ob alimento, quod ex alieno solo accepit, extincta atque alia, vt ipse PAV-

TVS

f) L. 26. §. 2. D. de A. R. D.

g) Evidem PAVLVS VOETIVS in comment. ad §. 32. In ist. de A. R. D. verbis PAVLI: *credibile est alio terrae alimento aliam factam*, alium senum addicribit, ac hoc modo ea explicat; *cum ex aliena terra*

alimentum capit, credibile est, eam alterius esse factam. Vocabulum *aliam* interpretatur per *alterius*. Sed PAVLVM VOETIVM refutauit. VLA. HVBERVS in digress. iustiniensis lib. IV. c. XXIV,

rūs loquitur, videtur. Enī igitur rationem differentiae inter accessionem industriaem ac mixtam! in illa saepissima causa, cur res accessoria habetur pro extincta, actione ad exhibendum tolli potest; in hac autem nequitquam. Ac ex eadem ratione arborum causa aulifarum et ita separatarum denegatur laeso vindicatio. Nec obici potest, conductores saepissime arbores a se plantatas finita locatione auferre posse, quia simul pro alimentis arborum soluta est merces ^{b)}. Priusquam autem planta coauerit, eam a laeso siue in fundo furis siue tertii postam vindicari posse, mihi persuadeo, quia cessar ratio, ob quam facta coalitione laesus vindicationum iure obtinere non potest. Sic etiam semen surreptum ac agro furis vel tertii iniectum, et quod inde nascitur domino fundi cedit, adeo ut laesus ad satisfactionem tantum agere possit. Antiquissimi temporibus in Germania ante receptionem iuris romani aliud ratione feminis obtinuisse certum est. Etenim Gerimandrum paroemia: *Wer sät der mahet;*ⁱ⁾, satis indicat eos agriculturael et rei pecuniarie dediti, ius culturae et feminis soli praerulisse; quoniam e contrario romani solum haberent pro principali ac inde semen pro extinto reputarent. Quae autem paroemia hodie non ita obtinet, ut iuri romano hac in re derogeret, nisi illam consuetudo confirmet ^{k)}.

§. XXI.

De Mutatione rei interitum ciuilem non efficiente.

Si praeter adductos casus fur rem surreptam mutavit, ita vero ut mutatio non efficiat rei interitum ciuilem, laesus ad restitutionem ipsius rei agere debet, ac omne id quod interest petere port

^{a)} vid. VLR. HVBERVS in prælectionibus iuris ciu. Lib. I. tit. I. pag. 43.

ⁱ⁾ vid. IO. NIC. HERTII differ-

1693.

tat, et opus, tom. III. Lib. de paroemias iur. Germ. p. 542.

^{k)} eti. tamen HENR. COCCET diff. de iure feminis. Francof.

est. Videndum tamen est, vtrum res sit meliorata an deteriorata. De deteriorationibus iam spho XIII. loquurus sum. Quod meliorationes concernit, illae commodo quidem sunt domino rem suam repetenti, furi autem non profunt *h*; quamvis sint, qui ex aequitatis regula: nemo cum alterius damno fieri debet locupletior, furi ius retentionis concedunt, quatenus res adhuc est melior. Quod si autem fur eas sine derimento tollere potest, sine dubio laetus id prohibere nequit.

l) L. I. Cod. de infant. exposit.

Errata.

P. x. lin. 6. translati, not. *a* furto, TRACTATVVM leg. translati, furtum, TRACTATVVM. p. 2. lin. 12. differre leg. differere. p. 2. not. *d* LYDOWICI de restit. rei furtiae lenae leg. Halae. p. 3. lin. 11. naturae leg. ciuili. p. 5. lin. 11. et lin. 14. alteri, tanquam leg. alter, tamquam. p. 6. exsistere, existentia leg. semper, exsistere, existentia, p. 7. lin. 16. extiterunt leg. exsistiterunt. p. 8. lin. 7. allegato leg. adlegato. p. 9. lin. 11. reposcere leg. reposcere potest. pag. 9. lin. 23. aequivalentem leg. aequivalentem. p. 10. lin. 4. ratsfactionem leg. satisfactionem p. 11. affectuum, arrogare, leg. affectum, adrogare. p. 13. lin. 16. quod leg. vt. p. 13. not. *h* L.I. §. 14. L. 6. §. 5. D leg. L. 14. pr. L. 7. §. 1. et 2. p. 15. not. *p* eadem fere verba habet L. 13. et cet. deleantr. p. 19. n. w L. 3. de condit. fine causa leg. L. 62. D. de rei vindicat. n. x L. 133. D de reg. iur. leg. L. 131. de reg. iur. p. 20. not. *y* L. 4. §. 2. D leg. L. 4. §. 20. D pag. 21. lin. 5. affumendum leg. affumendum. pag. 21. lin. 13. videatur leg. videtur. p. 23. lin. 8. et. leg. est. lin. 15. MINVITVS leg. MINVCIVS p. 24. lin. 13. antimoniam leg. antinomiam. lin. 27. fabrianorum leg. Sabinianorum. p. 27. lin. 8. instauri leg. instaurari. p. 29. lin. 14. surriupit leg. surriupuit. not. *k* scripturam extrangui leg. scripturam extingui. pag. 33. lin. 15. aliaeue res aridae. sine voluntate commixtae leg. aliasue res aridas sine voluntate commixtas. pag. 34. lin. 18. actia leg. actio. p. 25. lin. 25. PAVTVS leg. PAVLVS. pag. 36. lin. 17. dediti leg. deditos. p. 23. not. *p* EBER. l. EVER. p. 21. not. *x* L. S. leg. L. 5. p. 33. not. *b* in Scholis, leg. Scholio.

F

NOBI-

NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
FRID. CHRIST. GRETHERO

S. P. D.

P R A E S E S

Si quid umquam mihi iucundum fuit atque acceptum, illud hodie mihi euenire, ingenuo profiteor, quum TE eum in locum comitari mihi liceat, ex quo tot viri iuuenes, qui se addixerunt Musis, vt ex palaestra gladiatores veteres atque nobiles, palmam ferentes, discesserunt. Quidni enim idem TIBI augurer? quum eximia virtute studiorumque ardore in hac Academia es operatus, atque in id incubuisti, vt non solum perfectam iuris TIBI adquireres scientiam, sed et modestiae laudem, qua veteres Iureconfulti extolluntur consequereris. Illi enim, quod sibi videtur, ex animi sui sententia respondent, sed meliora docti audiunt, et si minus ante sapuerunt, resipiscunt. Sic nostrum Papianiun neque vultu neque gladio conterruit instans Tyrannus, quem tamen, aliter quandam opinatum in contrarium vocasse legimus veriorem Sabini sententiam. Igitur felici perficias successu, quae laudabili conatu coepisti, vt TIBI campus aperiatur, quo Patriae TVAE dulcissimae commodis inferuire possis, atque vt eadem TE iis ornet honoribus, quibus diligentia TVA academica compensari possit. Sic opto, sic fiat. Ienae d. xxviii. mensis Iulii A. R. S. ccccclxxv.

Zella, Diss., 1775-77

ULB Halle
004 216 229

3



W 78



Farbkarte #13



B.I.G.

DISSERTATIO IVRIDICA I.

DE

EFFECTIBVS MVTATIONVM

IN REBUS FVRTIVIS OBTIARVM.

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO

DOMINO

CAROLO AVGVSTO

DUCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE ET WESTPHALIAE, RELIQA

CONSENTIENTE ILLVSTRI IVRISCONSULTORVM ORDINE

PRAESIDE

IOAN. BERN. CHRISTOPH. EICHMANNO

IVRIVM DOCTORE AC CVRIAIE PROVINCIALIS SAXO-
NICA COMMVNIS ADVOCATO

DIE XXII. MENSIS IULII. A. R. S. CCCLXXV.

DEFENDET AVCTOR

FRID. CHRIST. GRETHERVS,

SPIRENsis, LL. CVLTOR.

IENAE

EX OFFICINA FICKELSCHERRIANA.